

coram Nobis quedam lictere *etc.* continentie subsequenter. Karolus secundus *etc.* Comes Secreti Apulie fidelibus suis gratiam et bonam voluntatem *etc.* Supplicanribus igitur, discretis viris Archipresbitero et Capitulo Maioris Ecclesie Barolitane devotis nostris ut super exhibenda sibi annis singulis quarta parte decime veterum Iurium Curie, in dohana Baroli et tarenis auri quindecim ponderis generalis super Iuribus veteris Buccerie ipsius terre, nec non et cere libre sexaginta pro cereo paschali eis ratione ipsius Ecclesie per Curiam nostram debitis, In quorum exhibitionem per officiales ipsius Curie fraudari diversisque Calupniis se fatigari querunt, opportuna adhibere remedia dignaremur. Nos fraudi et temeritatis huiusmodi viam omnino precludere volentes districte precipimus Inquiratis *etc.* (*Tutto come nei documenti precedenti*). Inquisitionis tenor per omnia talis erat. Sire Tancredus de domino Sansone de Barolo Iuratus et Interrogatus *etc.* ac ipse etiam in anno sexte Indictionis proxime preterite fuit secretus Magister portulamus et procurator ac magister salis Apulie *etc.* Angelus Bastardus Iuratus et Interrogatus *etc.* Iacobus de lilla Iuratus et Interrogatus *etc.* Riccardus de sire Thomasio *etc.* Sanson de lilla *etc.* Nicolaus de domino Thomasio *etc.* Dominus Bartholomeus de bonello Miles *etc.* Angelus de alamagno *etc.* Mactioctus ligniolus *etc.* Riccardus de gactis *etc.* Thomasius de pharesio *etc.* Herricus de Roma *etc.* Goffridus de cuculo *etc.* Andreas de Argentera *etc.* Notarius Nicolaus de magistro Stephano *etc.* Herricus de havilla magister portulamus et procurator Apulie, olim secretus eiusdem provincie *etc.* Quod autem in antepenultima linea abrasum et emendatum est ubi legitur Curie per manus mei predicti notarii est abrasum et emendatum non vitio set errore. Unde ad futuram memoriam factum est presens Instrumentum per manus mei predicti magistri spine puplici Baroli notarii signo meo solito sigillo et subscriptione mei predicti Iudicis et testium roboratum. (*Segno*).